

Bon(aventura)¹ magistri Omebono² medici et magister Salvodeus artis gramatice causa predicta³ condempnati perpetuo in fondo turis communis Verone misericorditer eonservati etc.⁴

1300. Eodem anno fuit indulgentia⁵ plenaria⁶ Rome.

1301. Eodem anno incepta fuit domus mercatorum Verone et dominus Albertus⁷ de la Scala posuit primum lapidem manu propria.

1304. Eodem anno dominus Bartholomeus de la Scala obiit die sabati 7. marci, et dominus Albuinus electus fuit capitaneus populi Verone.

1310. Eodem anno medio mensis octobris⁸ montes de la Clusa ceciderunt.

Eodem anno imperator Henricus⁹ intravit Lombardiam.

Eodem anno dictus imperator intravit Mediolanum.

1311. Eodem anno dominus Guido de la Ture con suis sequacibus insultum facere voluerunt¹⁰ contra dictum imperatorem, et tandem devictus¹¹ fuit.

Eodem anno dominus Iohannes Zeno de la Franchis de Pisis¹² venit Veronam vicarius domini imperatoris. Et eodem die, ut dicebatur, domini Albuinus et Canisgrandis¹³ de la Schala renonciaverunt capitaneatum in oculto. Eodem anno die dominico 7. martii suprascripti domini facti fuerunt vicharii domini imperatoris super capitulo fori.

1311. Item die penultimo novembris prefatus¹⁴ dominus Albuinus diem clausit extremum.

1324. Eodem anno incepte fuerunt fovee et muri¹⁵ civitatis Verone a sancto Zenone in monte usque ad sanctum Georgium¹⁶ ad Aticem.

1325. Eodem anno mense octobris incepti¹⁷ fuerunt muri¹⁸ et fovea burgorum sancti Zenonis, videlicet a toreselo sancte Trinitatis usque ad portam forum in Atice.

1298.¹⁹ Dominus Andulfus rex Alamanie²⁰ interfectus in prelio a domino duce Austrie, qui vocabatur Albertus.

1) Hs. 'Boñ. et'. 2) Syllabus 'Oraboni'. 3) Hs. 'predita'.

4) Die Fortsetzung in M und S. 5) Hs. 'indulgentiam'. 6) Hs. 'plenariam'. 7) M 'Bartholomeus'. 8) Wahrscheinlich verderbt. 9) Hs. 'Federicus Henricus'. 10) Hs. 'voluerut'. 11) Hs. 'devinctus'. 12) Hs. 'Franchinis de Perisis'. 13) Hs. 'Canisgrandus'. 14) Hs. 'prefactus'. 15) Hs. 'muros'. 16) Hs. 'Georgium'. 17) Hs. 'incepta'. 18) Hs. 'mura'. 19) Der Nachtrag könnte aus derselben Chronik wie das vorausgehende Fragment stammen, da die letzte Notiz von 1146 sich auch in den Parallelquellen, die mit dem Anfang der Hs. B übereinstimmen, findet. 20) Hs. 'alam'.